

Monasticæ conuersationis.

101

ueritatem inta se non tepeſet. Nec vereatur qui huiusmodi eſt, priuari deliciis, & contubernio Iefu, liuitam eius meditari frequenter legnis non extiterit. Dona namque Dei non tepidis, non elatis, non verbolis tribuantur. Diligit enim Deus sollicitos, humiles, & diuina in ſuo corde charifmata recondentes. Proinde qui erigi ad Iesum anhelat, qui intima illius amicitia tru deiderat: per inaniam mentem euagari non finat: ſed ad ſuum reuocet redemptorem: atque virtutes, quas meditando agnouit in Christo, imitari non negligat. Siuimque redemptorem magis ac magis amare peropere. Ex pectet autem domini præalentiam, agat qua agenda ſunt viriliter: & per orationis ſtudium pulſare non defletat, donec verbum Dei cœlos aperiat: & de regalibus ſedibus, de angelicis chochos, illabatur ad animam cœleſti ſponſo copulandam. Quis queat enarrare: immo propalare audeat delicias, que tunc hinc inde afflunt? Quis (nihi expertus) ignotos affectus, amplexus caſtos, ſancta que colloquia mutua detegere valerit? Tunc cunctus feruiliſ abſcedit timor, & omnis præmeditata locutio longe fit, prout ſuggerit amor, ſponſo fatu ſponſa. Et ſi qua adulterina ſe immiscuerit dicta vel gelta: quadam perſpicua, & illuminata diſcretionis manu abigūtur a ſponſa ſane tanti ſolatio ſponſi, elatione priuetur. O quoties, que minus in amoris arte eruditā eſt, decipitur, depradatur, proſterritur! O quoties euolat ſponſus, atque ab aspectibus euangelicis dilecta? Repete quippe, vt ſupra ſe inaniter erigitur anima, fugit Christus. Humilis enim humilem diligit: elatam verò tanquam indignam repudiat, & repellit. Hac namque alpernat, & hic ſponſi diſceſlus miro incredibiliſ modo cruciat diligenteſ tem: prudentem tamen efficit ad diſcernendorum ſpiritum diſcretionem. Ad hanc nempe cognitionem per aliudam orationem, per caſus merorem, & per ſpiritualē, & occulum ſponſi magiſterium facili peruenit. Sed antequam ſapientia imbuhatur anima, priuquam Dei verbo amoris vinculo confederetur: ſe pablitur, errore pro veritate ſuscipiens. Plerunque tamen permittente ſponſo, vt ſibi ardentius dilectam copulet: aut ad altiora proueſt, aut prudenterem efficiat. Satanas in lucis angelum transformatur, atque illo tanquam ſancto contuberno admifetur: quem quum anima adhuc cœleſtium ignara viſitatione erroris admiferit ſpiritum, & veluti domino ſe illi ſubtrauerit: fine mora ſecedit ſponſus, & illico ſuccedunt tenebra, ac quodam opaca mentis hebetudo. Continuo obdurescit animus, & propria conuulfione contunditur: atque ex his quia patitur, perſpicue intelligit ſpiritum quem fuſcepit inimicum. Mox fluant lacrymarum imbreſ, & gemitus emittuntur mororis indicia, ingeminantur preces, mentis propinuit custodia, & cordis omnimoda vigilantiā de cetero ſtaruitur. Talibus itaque prouocatus ſingulibus, talibꝫ ſque promotus ſpiritualibus ſtudiis, aduenit ſponſus, & placido ſe oſtentat aspectu. Nam diu ſibi dilectam atſligi non patitur. In iſto vero ſecondo aduentu quis fermo, quæ facundia, quodue humānum ingenium capere valet quanta exuberentia diſcretionis ſolatia: ibi intellectus excluditur, ſopitur cogitatio, & ſolus amor mutuarum deliciarum teſtis efficitur. Amor loquitur, amor diſcurrit, amor caſtiliſimo contuberno in uno ambos copulat in vī-

culo caritatis, & arcana diſcretionis proferuntur verba, quæ non licet homini loqui: eo dulciora, quo affectus eſt vehementior, & amor purior. Tota in hac ſpirituall & ſingulari vniōne reſolutur anima diſcretionis: tota inebriator & deficit in ſe tranſiens in diſcretum. Nil eſt in quo exterius delectetur, quoniam inutus immenſis paſcatur bonis. Hoc ſolo afficitur deſiderio, vt magis magisque accendatur amore. Et quamvis tota ardeat caritate, tamen omne quod ſentit, parum putat praecocipitentia diſcretionis. Nempe ne inflammatā quendam diuinum, infinitum & exterum induit laudis & caritatis affectum: & licet corpore tencatur in terra, deſiderio tamen commotatur in cœliſ. Semper cupit (ſi licet) ſic eſe: quia quem quaſiuſit, inuenit: quem diliget, dulciter amplectitur: illique copulata eſt corde, quem totis viſceribus concupiſit. Diu vero ei non datur taliter permanere: vnde ſibi derelicta, & ad ſe rediens, aut de mandato ſponſi ſeu ex incubente proximorum cura, compellitur ad exteriore ſegredi actiones, & vacare proximis, & animarum exercere lucra: que omnia in tollerabilita forent amanti, nihi hoc ſponſo placiſe recognoſceret. Occupationibus nangib[us] ſubiecta eſt non volens: ſed proper eum qui eam ſubiecit: in ſpe interiori tamen impletur exultatione: reminiſcens qua, & ipa quandoque liberabitur ab omni ſeruitute actionis, & corruptionis, quoniam tranſferit in libertatem angelorum Dei, & electorum ſanctorum. Tunc plenē transformabitur in ipsius quem diliget, & diuinis intenta laudibus areno ſaginabitur coniuicio. Exhilarata enim ex ſpeciosiſimo deſerti aspectu, & beatorum conſortio ſota leta, tota dulcedine inebriator, per latiſimam Hieruſalem placeas diſcurrens, & triputians alleluia cantabit. Interim verò ſpe nutritur, promiſionibus ſuſtentatur, & ſubarratur quadam praliuatione futurorum bonorum, quatenus ei ſit tollerabilis huus arymnoſi exilij incolatus, & corporeæ molis grauiſ farcina tanquam ſpirituali & ardentem amanti, ſpiritualibus robora- tur & reficitur alimonias. Nemo igitur audeat apprehendere hunc ſummum amoris gradum, nihi prius ut animalis humana diu meditatus fuerit Christi conuersationem: & vt rationalis anima Christi agnouerit ex parte perfectionem. Qui enim in pariis negligens eſt, ſublimum donorum omnino indignum ſe facit: at qui in pariis fidelis exiſtit, ſpiritualium di- tabitur multitudine gratiarum. Propere, o nouis Ghili tyro, o tu qui ſeculo renunciasti, & Deo vacare prudente elegisti, in tua primordio conuersio- ni in meditationibus te exerce. Relinque parumper exteriore negocia, tēque totum redde ubi, quatenus valeas guſtare in te, quam ſuauis eſt dominus. Contra antiquas tuas malas conuictudines de certa, & animi fluctuositatem contendere recondere in te: immo in Christo, ſedulo meditando que idem innocens, & mitiſimus dominus perutit pro te. Hac verò non ab ore, non recedant à corde, quia in ipli ſuperies ingentes theſtauros, & ſuauifimum deuotionis ſiquorem: per quem lapſi eriguntur, rebouentur debiles, restaurantur caſuri, laſtificantur tristes, animantur pugnantes, queſcentes paſcantur: & omnium fideliū mentes immutantur in melius. Caeve autem ſummo per, ne ab hac ſimpli meditatione frangaris. Duobus quippe modis ſolet humani generis

Laur. Iuſtin.

i 3

ini